



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Sect. 1. Responsiones ad scripturam cuiusdam Anonymi in favorem novi
Papatus D. Pauli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

aliam politiam in Ecclesia instituit Christus immutabiliter præter Monarchicam, & quodam modo Regalem, & oppositum sententes, quod videlicet faciat esse plures Papas, errant in fide, & vnitate Ecclesiæ, contra articulum hunc: *Et unam sanctam Ecclesiam*. Et si pertinaciter maneat, iudicandi sunt Hæretici, scilicet Marsilius de Padua, & alij. Ita Germonius.

30. Quibus omnibus adde aurea verba Pij II. Pontificis in *Bulla Retract. tom. 4. Concil. vii* sic ait: Non duos instituit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent aequalia; sed V N M constituit, ut Verticem, & Ducem, & Pastorem vniuersitatis Gregis, Simonem Petrum dicens: *Tu es Petrus, &c.* Quæ nulli alteri seorsim dicta leguntur, nisi Petro, ut iiii Petro Vinitas, & summa continetur Auctoritas. Ita Pontifex Et tandem claudat hanc disceptationem Eusebius Episcopus Alexandrinus *comitis de Resurrectione*, qui explanans illa verba: *Dicite Discipulis, & Petro. Sic introducit Christum loquentes: Veni Petre, ne timeas nihil Tibi de gloria Chori Apostolici minui, non Te à dignitate temoui, non dedi alteri Claves; ne timeas Petre, qualis eras, talis es.* Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis; ne timeas Petre, quod promisi impleo, super tuam fidem, quæ sit Petra, ædificabo Ecclesiæ meam. Hæc Eusebius. Quid clarius elici potuit ad apertè manifestandum primatum Ecclesiæ fuisse singulare priuilegium vnius Petri, priuatiè quod alios; seclusi tamen Romanis Pontificibus suis successoribus.

31. Merito igitur dixit Doctor Parisiensis Almaynus de potestate Ecclesiæ. cap. 3. quod VNI PETRO & successoribus eius data fuit potestas

Constituendi Canones per vniuersum orbem. Si VNI PETRO, ergo non etiam & Paulo, vt vult perperam Anonymus. Itaque definat ipse in postrum ex omnibus superius dictis Paulum Petrum in Primatu consociare. Sed Ecclesiæ Primum soli Petru tribuat, Paulum vero quod munus Apostolatus, supra omnes alios exuberanter: sime expletum, & propter alia eius egregia merita meritò summis laudibus extollat; & sic secundum iustitiam, dabit vniuersique quod sum est. Memor Vlpiani Iurisconsulti statuentis duos in solidum dominos esse non posse vnius rei, quod obseruant Doctores communiter in quinque, ff. de iurisdicti. teste Ioanne Corinno de iurisprudentia Romana libro 1. capite 68. & quidem si in Concilio Nicano Can. 8. teste D. Augustino Epistol. 10. statutum fuit, duos Episcopos non esse constituentes in una Civitate; quanto magis dicendum est in una Ecclesia Christum duos non instituisse Pontifices. Solus igitur Petrus, vt habetur in cap. in novo distinet. 1. Ecclesiæ Pontificatum accepit, & idem subdit ibi Pontifex. Petrum reliquos Apostolos habuisse pro eorum PRINCIPERE: ergo necessarij sequitur secundum Anacletum auctorem dicti Canonis, etiam Paulum recognoscisse Petrum vt Principem suum; nisi Anonymus velit dicere Paulum non fuisse Apostolum. Sed comprehendens est calamus, nam in immensum iret. Stet igitur firma nostra tam sapienterata conclusio, Paulum quod Pontificatum minimè æqualem Petro fuisse; sed inferiorem; & subditum, nec aliam Ecclesiæ agnoscere post Christum supremum Caput, nisi solum, & vnicum Petrum, cuiusque legitimos successores. Hæc fides Orthodoxorum.

DISCEPTATIO APOLOGETICA POSTERIOR. DE PRIMATV SOLIVS D. PETRI: CONTINENS RESPONSIONES, AD PLVRA LOCA Sanctorum Patrum in Manuscripto cuiusdam Anonymi pro novo Papatu D. PAVLI perperam intellecta.

Responsones ad Scripturam cuiusdam Anonymi in favorem noui Papatus D. Pauli.

§. 1. **S**VPERIQRI disceptatione iam composta, & præterito mense Ianuario Sanctiss. D.N. humiliter exhibita, statim post paucos dies Eminentiss. dominus meus Cardinalis Panziroli mihi legendum præbuit manuscriptum ad manus Sanctissimi delatum, sine nomine Auctoris, quem tamen non existimo Auctorem Epistolæ, sed alium congerentem ex libro lingua Gallica conscripto: plura Sanctorum Patrum loca quæ opinionem novam de Primatu D. Pauli videntur firmare. Et licet ex dicta mea priori disceptatione ad omnia dicta loca facilis patet responsio, necessarium tamen duxi clare, & breuiter more meo, sigillatum supradictas auctoritates refellere, seu, ut melius dicam, ad verum sensum, secundum intelligentiam Theologorum, exponere. Et idem suppono, id quod breuiter in priori disceptatione, sed nunc

aliquantulum fusius, & magis clare, declarabo; suppono inquam in Apostolis (& inter ipsos D. Paulum includo) tria seorsim consideranda esse. Primo Apostolatum. Secundo, Sacerdotium; seu Presbyteratum. Tertio, administrationem sacra Politia, quæ designatur nomine Pontificatus. Quoad institutionem, & munera Apostolatus, omnes Apostolos pares contineuntur. Quoad institutionem & numerum Presbyteratus item: at inæquales afferimus ratione Pontificatus. Elegit duodecim, eosque nominauit Apostolos, Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. quorum munus esse voluit, euangelizare, testificari omnibus gentibus, miracula patrare.

2. Eosdem Sacerdotes ordinavit, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. ad Corinth. 11. collata potestate conficiendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & offrendi Deo incrementum sacrificium corporis, & sanguinis sui. Huic potestati, mox annexuit alteram, dimittendi peccata in foro interiori, Ioan. 20.

3. Ad Apostolatum, & Sacerdotium, quæ communia fuerunt Christo cum Apostolis, accedebat in Christo

Christo iurisdictio, & administratio politica rerum sacrarum, qua in eo solo tanquam in supremo Capite refedit, quandiu terras incoluit. Translata nimis à Synagoga ad Ecclesiam, à Leui ad Iudam, ab Aaron ad Christum Cathedra Moysis quicquid religiosum est, ad Deum attinet, perinde ac ouile ad pectorum sumum iure Pontificatus ad Christum pertinebat.

4. Hanc ascensuram ad Patrem non concessit Redemptor alii Apostolis (quando enim?) sed unu Petro, sicut ante toti symbolis se factorum promiserat, consequenter uno isto iure quodam ordinem Politici cum omnibus aliis Apostolis Petrum praeponuit, omnes alios Apostolos Petro subiecit.

5. Itaque ex his dicendum Paulum, & alios omnes Apostolos in potestate Ordinis, & ratione Apostolatus fuisse aequales; singuli enim potestatem Evangelium vbique terrarum praedicandi, ligandi, & soluendi, & omnium, qua pro mundi conversione moraliter erant necessaria, à Christo, non à Petro, acceperunt. Is ratione tamen Officij Pectoralis inaequales fuerunt; tum quia Petrus à Christo Pastor vniuersalis est institutus, ut expressè habet Chrysostomus, explicando verba hæc, *Pase eus meus, id est, esto præpositus loco mei, & primus in medio sciarum.* Quæsit, ut vniuersalis potestas in Petro, tanquam in vero, & legitimo Pastore ordinari refederit, in ceteris vero Apostolis tantum extraordinari, & per accidens, atque propter necessitatem: quia feliciter in dilatissimam gentium erant abiuti, & longis locorum interuallis a Petro separandi, ut pro Ecclesiis, quas ipso fundabunt, necessitatis, vix ac ne vix quidem cum possent conuenire.

6. Ex quibus sequitur, quod duas res sunt in quibus Petrus Apostolus antecelluit reliquis Apostolis, non quidem propterea, ut Apostolus, sed ut singulare fundamentum, & caput Ecclesiae, & Pastor omnium Christi, & Celi ianitor constitutus. Vna est, quod illam Apostolatus auctoritatem in vniuerso orbe, accepit ipse à Domino tanquam ordinariam, & duraturam, sive adeò successoribus relinquentam: eo quod vniuersa Ecclesia, qua vñquam futura esset, fundamentum est constitutus, nec talis fundamentum locum ipse perpetuū, nisi per suos etiam successores tenere posuit. Reliqui vero Apostoli eam auctoritatem non ex modo acceperunt; sed eorum quasi extraordinarium priuilegium fuit, quod & in orbem vniuersum, & à Christo proxime illam auctoritatem Apostolatus acciperent. Itaque illis è vita deceperunt, dignitas etiam eiusmodi Apostolatus esse debuit.

7. Altera res, in qua Petrus reliquis Apostolis antecelluit, est, quod ipse quidem potestatem accepit etiam quandam in ipsis Apostolis: tanquam omnium vñdelicet (nemine excepto) qui ad Ecclesias edificium, & ad Christi gregem pertinent, fundamentum, & pastor singulariter constitutus. Itaque regere ipsos atque, in fide confirmare cum auctoritate posuit, sive præscribere, & modum, & locum ad fungendum ministerium Apostolico, quatenus ad Ecclesias homini id expediret. Et hac omnia firmat Tertullianus de prescripto, cap. 20, & docet Caietan, in opus. tom. i. cap. 1. de auctor. Papæ Conciliij, cap. 3. cum tota Theologorum Schola.

8. His suppositis, quia Anonymus suam Scripturam distinguit in tres classes auctoritatum, nempe Summorum Pontificum, veterum Sanctorum Patrum, & Eminentissimorum Cardinalium, codem ego procedam ordine, & ipfissima Anonymi verba adducam; & postquam verba Sanctorum Patrum ab ipso adducta secundum vetrum sensum exposuerim,

Tom. III.

adducam ex iisdem Patribus verba, qua in aliis locis loquendo aperte de *Primatu Ecclesiae*, illum trahunt Petro, ut ex his clare appareat, qua fuerit mens dictorum SS. Patrum, & loca eorum obscurata declarantur per clara.

Reffensiones ad loca Summorum Pontificum.

§. 1. **A**d primum locum S. Leonis Pontificis serm. ad Nat. Apst. respondeo, quod nihil facit ad rem, quia licet ipse faciat partes Petrum & Paulum, hoc intelligendum est, in electione ad Apostolatum laboribus, & morte, quod concedimus: ergo in regimine nego consequentiam. Nec obstant illa verba, quod *Christus Paulum, & Petrum inter omnia Ecclesiae membra prouocerit in tantum Agicem, ut duo lumina constituatur in corpore, cui caput est Christus;* nam respondeo hanc auctoritatem impium M. Antonium Spalatrensem adduxisse, ut efficeret Paulum Petro aequalem, sed ad illam sic responderet Doctor Sorbonicus, & Episcopus Massilensis Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 24.* vbi sic ait: *Res similis in omni est Leonem, qui sexcentis locis Petrum omnibus Apostolis, & cunctis Ecclesiae Pectoribus Praepositum scribit, testem huius aequalitatis quam inter Petrum & Paulum somniat Spalatrensis profetri.* Et supra clarissimo eiusdem Patris testimonio ostendimus, Petrum totius Ecclesiae spectabile Caput illi habatum: hinc verò propterea Petrum, & Paulum, tanquam geminum lumen oculorum in Ecclesiae corpore posuit, quo illos cum Christo conferat aeterno Ecclesiae capite, à quo lucem sint mutuati, qua Ecclesiam collustrarunt. Sed hic rursus aducere debuit aduersarius, ut duo lumina Ecclesiae censeantur Petrus & Paulus, propterea aequalitatem inter eos admittendam non esse. Sol & Luna duo sunt clarissima sydera, & lumina cœli, nec tam Luna Solis splendorum exæquat. Ita Coëffereau. Vide aliam refensionem apud Beccanum de *Regim. Eccles. lib. 2. cap. 7. obiect. 7. num. 68.*

2. Velerum dici potest, *Vocari duo lumina Ecclesiae Petrum & Paulum, quia Romanam Ecclesiam ambo fundarunt per prædicationem, manente tamen illibato Primate D. Petri.* Et quod hæc sit mens D. Leonis pater & eius Epist. 84. vbi sic ait: *Quoniam & inter Beatisimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam dierictio potestatis, & cum omnium pars est electio, vni tamen datum est, ut ceteris præemineret.* Cum ergo ex mente D. Leonis virus fuerit (id est filius Petrus) qui Primum inter omnes Apostolos obtinuit, male modo ex verbis D. Leonis non bene intellectus ab Anonymo assertur, D. Paulum habuisse etiam Ecclesiae Primum, nam D. Leo vni Petro attribuit. Sed sentiant Aduersarij D. Leonem clare etiam loquenter alibi *Serm. 3. Anniv. De toto mundo virus Petrus eligitur (ergo non Paulus) qui, & vniuersarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis (ergo etiam, & Paulo) cunctisque Ecclesiae præponitur.*

3. Et tandem non deseram hic apponere alia verba eiusdem S. Pontificis Epist. 87. ad Vienensem. Ita Dominus noster Iesus Christus, humani generis Saluator instituit, ut veritas, qua ante legis, & Prophetarum præconio continebatur per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est, *in omnem terram existit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Sed huius munoris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaretur: ut ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet. Videat modo Anonymus

O 3 quo,